
VITT. EMANUELE


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
32 1
12

CAPITA
CONSTITVTIONVM
SACROSANCTÆ BASILICÆ PRINCIPIS APOSTOLORVM.

Mandato fel. rec. Pauli Quinti, ex Bullis, & Constitutionibus Summorum Pontificum collecta.







ROMAE, Ex Typographia Reu. Cam. Apost. 1650.
SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. S. Pal. Apoſt.

Aſcanius Riualdus Viceſg.

Imprimatur Fr. Vincentius Fanus Reuerendiſs. P. Mag. S. Pal. Ap. Socius.

INDEX TITVLORVM.





Decet



ECET Basilicam Principis Apostolorum, quæ cunctarum Ecclesiarum speculum est, & exemplar, in qua sanctitatis Ecclesiæ quiescit Principatus, ordine debito dirigi, Sanctis constitutionibus, & legibus firmari, & muniri. Ideo quæ Sanctè à Summis Pontificibus varijs constitutionibus, & decretis sancita sunt placuit in hoc breue compendium redigere, quo facilius ad memoriam reuocentur, & exequutioni demandentur.

Nicol. iij. in prohemio.

Paul. v. n. 27.

De Archipresbytero, & Canonicis.

1 NE diutius Basilica vacet Archipresbyteri regimine, quo multum dignoscitur indigere; Capitulum infra tres mensem, à die vacationis ipsius cum Romano Pōtifice suppliciter agat, vt aliquem de Sacrosanctæ Ecclesiæ Cardinalibus in Archipresbyterum dignetur concedere.

Nic iij. n. 43.

Archipresb. de S. R. E. Cardinalibus.

2 Præter Archipresbyterū sunt triginta Canonici, prima Canonicorum institutio adeo est antiqua, vt omnem memoriam excedat.

Nic. iiij. n. 10.

Canonicorum numerus.

3 Inter hos tres dignitates existūt, Decanalis, Archidiaconalis, & Altaristæ.

Six. iiij. n. 2.

Dignitates.

4 Decanalis, & Archidiaconalis antiquioribus Canonicis debētur. videlicet in primis locis sedentibus, ita quod gradatim ad illas absque

Six. iiij. n. 3.

Decanus. Archidiaconus.

absque alia collatione fiat ascẽsus, *Altarista & eius munus.*

5 Altarista vnus ex ipsis Canonicis per Summum Pontificem deputari debet, cum onere inter alia singulis diebus, vel saltem ter in hebdomada visitandi omnia Altaria prædictæ Basilicæ.

6 Archidiacono vero spetiale munus est demandatum, vt Sixti PP. Quarti Capellæ curam omnimodam gerat. *Archidiaconi munus.*

7 Singuli huius Basilicæ Canonici in Papæ, & Sedis Apostolicæ Notarios, ac etiam Capellanos, & familiares, & continuos Commensales recipiuntur. *Canonici sunt Prothonotarij.*
Sixti iv. n. 5.6.

8 Notariatus tamen insignia non prius recipere possunt, quam in manibus S. R. E. Camerarij Iuramentum solitũ præstiterint, quæ fieri debent absque alia solutione, vel onere.

9 Canonici distributiones quotidianas non recipiant, nisi in Sacris ordinibus constituti, nec habeant *Habent annexum Ordinem Sacrum.*
Nic. iij. n. 8.9.

Stal-

Stallum in Choro, nec vocem in Capitulo, neque ad Capitulares tractatus admittantur.

10 Promoti vero ad Sacros ordines non habeant vocem, nec respondeant in Capitulo infra annum à die suæ admissionis, nisi ab Archipresbytero, vel eo absente à Capitulo super hoc sibi gratia facta fuerint specialis.

11 Priuilegio Apostolico licet Altaristæ, seu antiquiori Canonico qui in sacerdotio sit Basilicam sanguinis, & seminis effusione violatā recōciliare, aqua primū per aliquem Antistitē, vt moris est, benedicta. *Priuilegium reconciliādi Ecclesiam.*

Vrb. v. Innoc. vj

12 In Canonicum quis non admittatur, nec illi possessio detur, nisi de verbo ad verbum in Capitulo Iuramentum præstiterit sub forma, in fine huius libelli præscripta, & vt in posterum admittendus instructus accedat, sibi prius libellus capitum Constitutionum impressus tradatur. *Adeptio possessionis.*

Nic. iij. n: 34. Paul. v. n. 27.

De

De modo inseruiendi in celebratione diuinorum Officiorũ tàm per Canonicos, quàm per Beneficiatos, & Clericos.

1 Card Sabellus ex ordine Pij V. nu. 1. 2. 3. Cle. viij. in visitatione n. 4.

Dies seruitij, & vacationum.



ANONICI, Beneficiati, & Clerici omnibus diebus Dominicis, & Festis, eorumve Vigilijs, infra inter dies communes positis, ac Quadragesimæ diebus omnes deseruiant, in Aduentu Domini duæ eorum partes, reliquo verò tempore dimidia eorum pars singulis mensibus per alternas hebdomadas matutinali Officio, Missæ, & Vesperis, necnon Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, & Completorij horis in Choro, vbi cele-

brantur personaliter intersint, & deseruiant.

2 Permittitur mensibus Iulij, & Augusti inseruire, vt dicitur, per Quartarias, non tamen propterea negligantur Processiones, & Festa celebrari solita.

3 Nic. iij. nu.47. Ad omnes horas Canonicas pulsentur Campanæ plures, vel vna, sicut hora ex more requirit, solemnius tamen, & prolixius in diebus solemnibus, & festiuis, & in solemnibus anniuersarijs. *De tempore Officiorum.*

4 Id. n.48. Ad horas Matutinas sic tempestiuè Campanæ pulsentur, vt distinctè quæ legenda sunt, legi possint, & quæ cantanda cantari.

5 Paul. v. n.5. Liceat, si tempus recitandarum horarum per aliquod Ecclesiasticum munus, vel similem rationabilem causam impediatur, illud anticipare vel differre.

6 Nic. iij. nu.46. Nic. v. n.2. Nullus Canonicus, seu Beneficiatus, vel Clericus Basilicam absque eo habitu, quem hodie in ea *De habitu ferendo.*

deferre

Eug. iv. n. 1. Paul. v. nu. 17. deferre noscuntur ingredi audeat, aut præsumat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, Summo Pontifici, prçterquam in mortis articulo reseruatæ, quem habitum in futurum pariter deferre, atque eo vti absque vlla prorsus differentia debeant,

7 Paul. v. nu. 17. De certa ad Chorum accedendi, & ab eo recedendi ratione, de cõgrua canendi, & modulandi ratione, & de his, quæ ad debitum in diuinis officijs ordinem spectant, Archipresbyter, siue eius Vicarius vna cum Capitulo, vel saltem duobus eiusdem Basilicæ Canonicis certam formulam præscribant. *De accessu ad Chorum, & recessu or. dinando.*

8 Nic. iij. nu. 50. Perpetuò obseruetur, vt Canonici Presbyteri primum locum, Diaconi secundum, Subdiaconi tertium obtineant, tàm in Capitulo, quàm in Choro, & hoc idem inter Beneficiatos, & Clericos obseruetur. *De locis Canonicorum, Benef. & Cler.*

9 Canonici omnes in Choro sint

Ibidem n.15. 50. Beneficiatis omnibus præferendi, nec ſit inter hos, vel illos mixtura interſcalaris facienda, ſed Beneficiatis ſtallum poſt Canonicos, vel ſub Canonicis aſſignetur.

10 Sixt. iv. n. 3. Locus Decani in Choro eſſe debet in latere dextro immediatè poſt Archipresbyterum, Archidiaconi vero in ſiniſtro, idq; ſub excommunicationis, & beneficiorum priuationis pœna.

11 Paul. v. nu. 13. Canonicus hebdomadarius, dũ diuina celebrat, primum locum inter Canonicos ex parte Chori tenere debeat. Item hebdomadarius Beneficiatus inter Beneficiatos, & Clericus inter Clericos.

12 Nic. iij. nu. 29. Silentium ſic in Choro obſeruetur, cum diuina Officia celebrantur, quod nec ſtrepitus, ſiue vociferatio ibi fiat, ne per verba inutilia mens à deuotione retrahatur. *Quomodo manẽdum ſit in Choro, & de officiorum celebratione congrua.*

13 Paul. v. n. 4. Nõ priuatim in Choro Officium dicant, aut, quod valde indecens

eſſet

esset, litteras, aut libros, aut alia scripta legant.

14 Debent autem Hymnis, Psalmis, & Canticis Dei nomen reuerenter, distinctè, deuotè, studiosè, & attentè, non autem per sincopam, vel transcursum laudare.

Inno. iij. n. 2. Nic. iij. nu. 48. Pius v. n. 2. 3. Greg. xiij n. 6. Clē. viij. nu. 3. in visitat.

Horas Canonicas alta voce pronuntient pro maiori huius excelsi

15 templi decore, voces suas Capelanis, & Cantoribus adiungentes.

Paul. v. n. 4.

16 Missas tàm pro viuis, quàm pro Defunctis celebrare, & alia diuina Officia per se ipsos, non autem per substitutos persoluere teneantur, ac debeant.

17 Alioquin contrauenientes distributiones quotidianas, vel alia emolumenta solita non lucrentur, nec faciant suas.

Paul. v. n. 4.

18 Canonici, Beneficiati, & Clerici Officium B. Mariȩ Virg. in Choro, prout hactenus in dicta Basilica laudabiliter obseruatum fuit, deuotè, & attentè recitare teneantur.

Paul. v. n. 6.

De officio B. V. recitando.

 Nul-

19 Nullus quotidianas distributiones percipiat, nisi pręsens in Choro fuerit, & horæ intersit, in qua distributio fuerit facienda. *Distributiones quę percipiãt.*

Nic. iij. nu. 21.

20 Non reputabitur quis præsens, nisi Chorum intrauerit in Matutinis ante finitum Gloria Patri, primi Psalmi, qui cantatur post Venite; In Missa ante finitum vltimum Kyrie, in omnibus alijs horis ante finitum Gloria Patri primi Psalmi.

Inn. iij. n. 2. Nic. iij nu. 21.

21 Caueat autem sibi, ne absque causa necessaria, vel vtili euidente Chorum exeat, neque diuinum Officium intermittat, si quis autem exierit à Choro, antequã hora finiatur, absque licentia Vicarij, vel eo absente Canonici, qui præest Choro, corrigatur in amissionem illius horæ, vel aliter arbitrio Vicarij, vel Præsidentis pro qualitate excessus mulctetur.

Nic. iij. nu. 21. Paul. v. nu. 15.

22 Simili etiam pœna teneatur, qui finita hora Canonica, sed non finita

Paul. v. nu. 15.

nita hora Officij Beatissimæ Virginis, quando in Choro recitatur, ab eodem Choro discesserit.

23 Non possit Capitulum, aut aliquis particularis ex dicto Capitulo quibusuis interesse, & deseruire deficientibus, etiamsi Episcopali dignitate præditi sunt, siue donatione pura, siue aliquo quouis modo mulctam remittere iuxta Constitutionem Pij Quinti incipien. *Cum in omnibus &c.* qui secus fecerint, eo ipso ex singulis tãtum, & eius duplum de suis prouentibus, & emolumentis detrahatur, quantum cuiuis absenti constiterit fuisse remissum, quod tamen recipiens suum non faciat; sed & illud omne, & aliud, quod sic ab alijs prædictis detrahetur, in vsum Sacristiæ Basilicæ omninò conuertatur.

Pius v in motupro prio n 4. Clē. viij. n. 2 Paul. v. nu. 15.

De non remittenda pœna, seu mulcta.

Pius v, in motupro prio n. 5.

24 Qui de mandato Archipresbyteris, vel eius Vicarij, & Capituli, & solius Capituli, absentibus ab Ec-

Nic. iij. nu. 21. 40.

De absentibus;

clesia Archipresbytero, & eius Vicario, absentes ab Ecclesia fuerint, vel ab horis propter seruitia, & negotia Ecclesiæ procuranda, quamdiu sic absentes fuerint, percipiant distributiones horarum, & portionem suam integrè.

25 Pius V. motuproprio nu. 2. 3. Cæterum Camerarij, & alij Capituli Officiales pro præsentibus in Choro non habeantur, nisi eodem die, & eadem hora, qua diuina Officia celebrantur re ipsa necessariam operam personalem pro rebus, & negocijs Capituli præstiterint, teneanturque id punctatori tunc, aut saltem sequenti die significare.

26 Paul. V. nu. 16. Qui per annum continuum absque Archipresbyteri, siue eius Vicarij licentia absens fuerit, licet ex dispositione Nicolai III. anno elapso, sit ipso iure priuatus, nō ideo minus contra sic absentes potest iuxta constit. Concilij Tridentini infra annum procedi.

Nec

27 Nec idem Archipresbyter, siue eius Vicarius, Canonicis, Beneficiatis, & Clericis potest concedere, vt vltra tres menses possint abesse contra eiusdem Conc. Trid. Decretum; nisi ex causis à iure communi, vel Constitutionibus Apostolicis concessis. Paul. v. ibid.

28 Quinimò, tàm Archipresbyter solus, quàm cum Capituli consensu, vel Capitulum solum non possint cuiquam se absentandi, etiam citra tres menses, & distributiones interim lucrandi, quomodocumque quouis prætextu licentiam concedere. Clĕ. viij. in visitation. n. 2

29 Si quis vero singulis mensibus per quindecim dies non inseruierit, præter damnum punctationis, dimidiam eius partem, quàm eo mense percipere potuisset, omni collusione, & remissione exclusa amittat, & deseruientibus, accrescat. Pius v. in visitatione nu. 2.

30 Si quis autem infirmetur, aut De Infirmis.

debi-

Nic.iij. nu.21. debilitetur, quod absq. periculo, vel notabili indecentia, horis interesse non possit, non excludatur à distributionibus.

31 Paul. v. nu.14. Prædicti vero Vicario, aut punctatori denuncient, qui saltem sequenti die ad visitandum illum transmittant.

32 Nic. iij. nu.21. Si quis autem suspectus habeatur, tunc, durante suspitione, distributionum dimidia subtrahatur, quousque ostendatur, nihil agere simulatè.

33 Nic. iij. nu.27. Paul. v. nu.23. Absentiæ Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum, & aliorumq; qui in Missis, & diuinis Officijs, etiam Defunctorum, & alijs muneribus, per eos obeundis, non interfuerint, seu non inseruierint, certo libro, ad id specialiter deputato, per Camerarios fideliter, ac diligenter notentur. *De Camerariis absentia, seu punctatoribus.*

34 Nic. iij. nu.48. Pius v. nu.2.In visit. Missæ omnes Conuentuales festiuæ, feriales, ac etiam pro defunctis, omnes horæ Canonicæ, *De celebratione officiorum cum cätu.*

Anni-

Paul. v. n. 4. Anniuersaria cum cantu, & nota peragantur, in Parasceue autem fiat, quod consueuit fieri.

35 Sollicitè prouideat Archipresbyter, siue eius Vicarius, & Capitulum, qui, & quot Canonici ad Sacerdotium, vel Diaconium, & Subdiaconium sunt promouendi, simulq; de omnibus ipsius Basilicæ Ministris, ne apparere possit defectus notabilis Ministrorum. *De sufficiente ministrorum numero.* Nic. iij. nu. 44. Paul. v. nu. 19.

36 Illi, quibus iniũctum fuerit ad ordines singulos ascendere, obediãt, & si pertinaciter recusauerint, prout rationabile fuerit puniantur. Nic. iij. nu. 44.

37 In qualibet hebdomada tres ex Canonicis, in Sacris Ordinibus cõstituti, & totidem similiter ex Beneficiatis assumantur, qui Sacris vestibus induti in Missis conuentualibus administrent. *De hebdomadariis* Nic. iij. nu. 52.

38 Hebdomadarij Canonici ministrent in Missis Conuentualibus diebus Dominicis, & festiuis solemnibus. Nic. iij. ibid.

Heb-

39 Paul v. nu. 14. Hebdomadarius impeditus, quo minus intereſſe, & deſeruire poſſit, id tali tempore denuntiet, quo ſequentibus Hebdomadarijs per eum, ad quem ſpectabit, notificari poſſit. Alias non denuntians, ſaltem decenti tempore, pœna arbitrio Vicarij mulctetur.

40 Paul. v. nu. 10. Si Canonici, qui Diaconi, & Subdiaconi munia obire tenentur, abſentes, vel impediti ſuis vicibus miniſtrare non poſſint, Ad Archipresbyterum pertineat deſignare alios, qui eorum vices impleant.

41 Nic iij. nu. 52. Ad miniſtrandum Altari maiori, cũ Cardinalem contigerit celebrare, Beneficiatus aliquis ab ipſius Altaris miniſteriũ nõ admittatur.

42 Nic. iij. nu. 52. In ſolemnibus Anniuerſarijs, quę pro viuis, & defunctis occurrerint decantanda, poſſint etiam in ipſis Canonicis miniſtrare, & Beneficiatus, cum hoc hebdomadario placuerit, Canonico ſui ordinis cedere teneatur.

Quan-

43 Quando Missa cantatur, Pax de- *De ordine dandi Pacem.*
Paul. v. nu. 13. tur primo Canonicis, deinde Beneficiatis, & Clericis, idemque ordo omnino seruetur, qui hodie in incensando seruatur.

44 Quemadmodum Canonici, qui *De sumenda Communione inter missarum solemnia.*
Paul. v. nu 13. in Diaconatus, & Subdiaconatus munere ministrant, Dominicis, & solemnioribus diebus sacram Cõmunionem percipiunt, antiquum, & Sanctũ primitiuæ Ecclesiæ morem in hoc seruando, ita à Beneficiatis, & Clericis, qui Acolythi officio in Missarum celebratione
Clē. viij. in visit. n. 1.2. funguntur, peragatur. Illi autem Canonici, qui munus Diaconi, aut Subdiaconi per alios exequuntur, non satisfaciunt Decreto visitationis Clementis Octaui, nisi quando ipsimet Missas priuatim celebrant, & qui non satisfaciunt, illius diei quotidianas distributiones in foro conscientiæ non faciunt suas, quæ accrescunt alijs, eodem die celebrantibus, & communicantibus.

Te-



45 Tenentur singuli Canonici, Beneficiati, & Clerici, in Sacerdotio constituti, Missas celebrare omnibus diebus Dominicis, & festis de præcepto, sub eisdem pœnis, ad quod possit per Vicarium cogi, si verò onus habeant sæpius celebrandi, tunc suo muneri omninò satisfaciant.

Clem. 8 in visit. nu. 1 Paul. v. nu. 8.

De onere celebrandi, & communicandi.

46 Beneficiati, & Clerici, qui Sacerdotes non sunt, saltem semel in mense, & in solemnibus festiuitatibus sanctam Eucharistiam sumāt, alias amittant distributiones quotidianas, quæ accrescant aliis celebrantibus, & communicantibus.

Clē. viij. in visit. nu. 1. Paul. v. nu. 8.

47 Processiones, & alia Officia, tàm intra, quàm extra Basilicam, per eosdem Canonicos, Beneficiatos, & Clericos ex consuetudine dictæ Basilicæ fieri, & celebrari solita, omnino celebrentur, & fiant.

Pius v. in visit. n. 3. Paul. v. n. 6.

De processionibus, & aliis officiis.

48 Canonicus, qui prior in ordine residere solet, & præsens fuerit, absente Vicario, tanquā Chori præfectus

Paul. v. nu. 20.

De Chori Præfecto.

fectus ab omnibus, etiam ab alijs Canonicis, habeatur.

49 Huius cura sit inuigilare, vt officium diuinum rectè, vt decet, celebretur. Pauli v. ibid.

50 Huius dicto obedire omnes teneantur, resistentes vero, & obedire renuentes, illius diei distributionem non lucrentur. Ibid.

De administratione, & dispositione bonorũ Basilicæ.

I Paul. v. nu. 24.



Dministratio, & dispositio bonorum Basilicæ, pertinet ad Canonicos, siue Beneficiatis, prçterquam in casibus, per Constitutiones Apostolicas huius Basilicæ prohibitis.

2 Nic. iij. n. 26. 28. Paul. v. nu. 23. Annis singulis quatuor Canonici; duoq; Beneficiati, fide digni, per quos credatur negocia Basilicæ De Camerarius eligendis.

debere

debere tàm fideliter, quàm prudenter, & vtiliter pertractari, per Archipresbyterum, & Capitulum aſſumantur ad Camerariatus officium.

3 Nic. iij. nu. 26. Horum electio, viuēte Archipreſbytero, nunquam fiat abſque requiſitione, & conſenſu Archipreſbyteri, in Vrbe, vel in vicinis partibus exiſtentis, etiamſi abeſſet Vrbe, & eius Vicarius in Eccleſia reſideret.

4 Nic. iij. nu. 33. Dum ipſis committitur Camerariatus officium, coram Archipreſbytero, vel eius Vicario, & Capitulo iurabunt ſub forma, in fine huius libelli præſcripta. *De Iuramento Camerariorum.*

5 Nic. iij. nu. 27. 28. Prædicti ſex Camerarij accipiunt omnes fructus, redditus, & prouentus, & obuentiones quaſcumque, ad ipſam Eccleſiam pertinentes, præter quædam minuta, inter excepta contenta, & omnia bona quæ ad ipſorum manus deuenerint, ſub ſex clauibus, quarum

vnuſ-

vnusquisque custodiat vnam, conseruent.

6 Nic. iij. n. 32. Si aliquem prædictorum Camerariorum ab Vrbe abesse contigerit, reliqui suum officium faciant, ita tamen quod semper tres, vel duo ad minus remaneant ad officium exercendum.

7 Iul. ij. n. 3. Omnes fructus, redditus, & prouentus quoscumque Basilicæ debeant poni in massa, seu Camera Basilicæ, ita quod ex illis fiat vnũ corpus, & vna massa, quæ sit communis Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum, persoluenda, & inter eos diuidenda ad vsum distributionum quotidianarum, videlicet Canonico quatuor, Beneficiato duo, & Clerico vnum. *De massa communi & ratione eam diuidendi.*

8 Iul. ij. n. 4. Ex communi Massa extrahantur Triginta portiones pro Canonicis, quibus addatur alia portio, quam Canonici Archipresbytero dare teneantur, si ipsam habere vellet. Pro Beneficiatis Triginta sex, pro *De Portionibus.*

Nic. iij. n. 3. Bonif. viij. Six. iiij. Iul. ij. Clericis portiones Viginti septem, inter Viginti sex Clericos diuidendas.

9 Pius v. nu. 2. in visit. nu. 5. Pro distributionibus autem Canonico, qui matutinali officio aderit, ba. 45. Missæ ba. 20. Vesperis ba. 30. qui alijs horis intererit ba. 10. persoluantur, Beneficiatus dimidiam huius partem accipiet, Clericus vero quartam. De pun. Matutis seu distributionibus.

10 Nic. iij. num. 39. In Quadragesima demantur in Vesperis ba. 5. & addantur Completorio, vt æqualis vtriusque horæ sit distributio.

11 Cle. viij. in visit. n. 5. Quæ alijs diebus distribui solent, salua & integra relinquantur.

12 Nic. iij. n. 21. 40. Circa expēsas eorum, qui absunt pro rebus Basilicę, & Capituli procurandis, possit moderamen adhiberi, & temperamentum de prouentibus Ecclęsiæ. De Expensis.

13 Nic. iij. nu. 18. Si portio Cameræ, deputata ad expensas faciendas pro ipsius Basilicæ negotijs, & necessitatibus, puta domorum refectionibus, vel con-

cōſtructionibus,cauſis,vel litibus, & alijs quibuſcumque neceſſarijs, vel vtilibus caſibus emergentibus non ſufficere videretur, de omnibus communibus prouentibus tātum arbitrium Archipresbyteri, & Capituli aſſumatur, quantum ſufficere videbitur ad ipſius Baſilicę communia negotia procuranda, & vtiliter exequenda.

14 Paul. v. nu 24. Si quę lites,& controuerſiæ inter Canonicos,Beneficiatos,& Clericos oriri contigerit,expenſæ in futurum de communi maſſa non fiant, ſed vnaquæque partium lites huiuſmodi proprijs proſequatur expenſis.

15 Clē. vij. nu. 3. Paul. iv. n. 3.4. Locationes quando per Capitulum, & Canonicos fieri debent, ſaltem per vnum diem ante cuilibet Canonico per aliquem,ad hoc munus deputatū intimari debeat Capitulum,expreſſa cauſa,videlicet, pro locatione talis rei. *De locationibus*

16 Locationes autem fiant in pleno

Clē. vij. n.3. Capitulo non per voces, sed per
Paul. iij. n.3.4. fabas albas, & nigras, & in illis
Clē. viij. n.4. nonnisi Canonici se intromittant.

17 Locationes, quæ aliter fiunt, nul-
Ibid. lius sint roboris, vel momenti.

18 Locare autem pro iusto pretio,
Clē. viij. n.4. & cōcedere possunt Domus, Pos-
sessiones, Vineas, ac Casalia, &
alia bona mensæ, & Basilicæ cu-
iuscumque qualitatis, in emphy-
teusim concedi, & locari solita, &
aliter etiam in casibus à Iure per-
missis, absque alia Sedis Aposto-
licæ licentia, non tamen vltra no-
uennium, & dummodo pretij so-
lutio vltra sex menses anticipatè
non fiat.

19 Prohibetur prædictas locationes,
Six. iv. n.1. seu concessiones fieri Canonicis,
Clē. vij. nu.1.2. Beneficiatis, & Clericis, nisi pro
Paul. iv. nu.3.4. eorum dumtaxat vsu, & habita-
Clē. viij. n.3. tione dum in Ecclesia permanse-
rint; Itemq. prohibetur, ne fiant
prædictorum cōsanguineis, & affi-
nibus vsque ad secundum gradū,

ac familiaribus, seu seruitoribus, vel amicis, seu eorum intuitu, aut ipsis procurantibus alijs quibuscumque personis, etiam in confidentiam, & ad ipsorum instãtiam.

20 Cle. vij. n. 2. Paul. iv. n. 1 3. 4. Cle. viij. nu. 9. Personis prædictis locationes facientes, aut prædictis consentientes, & votum præstantes, seu illas fieri procurantes, vel se, vt personis prohibitis prædictis fiãt, se intromittentes excommunicationis latæ sententiæ, ac Pontifici reseruatæ pœnam incurrunt, necnon Iuris & facti infamiæ, ac amissionis distributionum quotidianarũ, & ducatorum quingentorum, pro vna Cameræ, & pro alia medietatibus Sacristiæ ipso facto applicandis.

21 Paul. iv. n. 8. Extraneis vero personis locationes si quis fieri illicitis modis, in Bulla Pauli Quarti præcipuè expressis, procurauerit, ipso iure sit excommunicatus excommunicatione reseruata prædicta, aliasq;

prædictas pœnas eo ipso incurrat.

22 Cle. viij. nu. 5. Deuolutiones, & caducitates ob non solutos canones, etiam vltra quadriennium, dummodo nõ sint per Capitulum declaratæ, & acceptatæ, remittere, & condonare, liberè, & licitè valeant, quod si declaratæ, & acceptatæ sint, absque Sedis Apostolicæ beneplacito remissio aliqua fieri nequeat. *Deuolutiones & caducitates quæ remitti possunt.*

23 Iul. ij. nu 5. Ex præstatione consensus, tunc solum Canonici emolumẽta percipiant, inter ipsos diuidẽda, quãdo consensus præstatur pro vna persona in aliam, non excedendo tempus primæ locationis, & talis consensus cedit in euidentem vtilitatem Basilicæ, in alijs verò casibus emolumẽta spectant ad massam communem. *De emolumentis cõsensuum.*

24 Iul. ij. num. 8. In fine cuiuslibet mensis fiant, computa publicè in loco aliquo, deputato in dicta Basilica; *De Computis faciendis.*

25 Nic. iij. num 28. In fine anni Camerarij post finitum officium infra quindecim

dies,

dies, vel infra tẽpus, eis ab Archi-presbytero, siue eius Vicario, & Capitulo assignandum, rationem reddant ipsis de omnibus, ad suum officium pertinentibus, & faciant Computum generale, vt Status Ecclesiæ quoad temporale sciri possit, & noui Camerarij possint super omnibus informari, deturq; his Computis interessẽtibus duorum denariorum distributio.

Ibid nu. 19.

26 Camerarij, necnon omnes Capituli Officiales, & bonorum administratores post reddita Computa, omnes libros, folia, quietantias, & alias scripturas, ad Basilicam pertinentes, debeant ponere in Archiuio sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, necnon suspensionis à diuinis, præter censuale anni proximè elapsi, quo noui Camerarij ad cõficiendum nouum censuale egent.

Six. v. motu proprio. De libris in Archiuio reponendis. Clē. viij. n. 6.

27 Quatuor Canonicis Camerarijs pro salario dentur ducati sexagin-

Iulij ij. n. 5. De salario.

ta auri, Camerarijs vero Benefi-
ciatis ducati quindecim.

28 Salaria vero Officialiũ tam Ca-
Iul. ij. n. 9. nonicorum, quàm Beneficiatorũ
non possint aliquo modo augeri,
nisi de consensu etiam Beneficia-
torum, & Clericorum.

29 Cui autem negotia Basilicæ cõ-
Nic. iij. n. 25. missa fuerint, si eius malitia, do-
Paul. v. n. 23. lo, vel fraude damnum aliquod
peruenerit, teneatur resarcire dã-
num, & iuxta qualitatem erroris
puniatur.

30 Fiat vnus liber censualis, in quo *De censuali conscribendo.*
Iul. ij. n. 10. describãtur omnes fructus, & red-
ditus Basilicæ, qui teneatur in Sa-
cristia, vel alio loco publico, vt ab
omnibus videri, & legi possit.

31 Canonici non distrahãt, nec alie- *Prohibitio alienandi statuas & alia vocalia.*
Clē. viij. in visit. n. 4. nare præsumant venditionis, do-
nationis, aut quouis alio titulo,
etiam oneroso quascumque mar-
moreas statuas, columnas, tabu-
las, aut lapides cuiusuis generis
magni valoris, ad eorum Ecclesias
quo-

quomodolibet pertinentes, absque Sedis Apostolicæ beneplacito, idq sub pœnis, & censuris.

32 Clé. viij. in visit. n. 7. Pro collatione beneficiorum nihil licet à Capitulo, & Canonicis percipi. *Prohibitio pro collatione Beneficiorum aliquid recipiendi.*

33 Ibid. Notario tamen non salariato aureum tantum vnum detur.

34 Clé. viij. n. 1. Paul. 5. n. 9. Pro adeptione verò possessionis beneficiorum in Basilica quidquã recipi vetitum est omninò, etiam à sponte dantibus, sub pœnis quæ in Conc. Trid. & in constit. Pij V. quæ incip. *Durum est*, continetur, saluis quæ sacristiæ sunt debita, vt infra.

35 Nic. iij. n. 20. Nullus Canonicus, iurisdictionem, seu imperium, vel dominationem, seu authoritatem quamcũque exercere possit in aliquem ex Beneficiatis, nec ipsos superbis, vel ampullosis verbis, seu factis iniuriosis exasperet. *Quales esse debeãt Canonici erga Beneficiatos & Clericos.*

36 Paul. v. n. 18. Nullo modo liceat, Capitulum, seu Congregationem intimare, seu aliud *Quando conuocãdum Capitulum.*

aliud munus peragendum differre in tempus, quo diuina officia in Basilica solita sunt celebrari.

37 Paul iij. adest Tabella. Tractatus, Statuta, gesta ordinata in Capitulo absque Capituli licentia ne cuilibet quoquomodo reuelentur, aut publicentur, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ reseruatæ. *De secreto Capituli.*

De Beneficiatis, & Clericis.

I Nic. iij. n. 11. 12. Bonifat. viij. n. 4 Institutores Beneficiatorũ. Nic. iij. 10. Bonifat. viij. 3. Six iv 2. A tẽpore Bonifat. viij. ad Sixt. iv. excreuit alia portio, cuius

Beneficiatorum, & Clericorum qui in Choro Basilicæ B. Petri perpetuò inseruiunt duplex est institutio, seu plantatio, prima & antiquior à Nicolao Tertio facta, posterior altera à Bonifacio Octauo. Primi Beneficiatorum Chori Basilicæ S. Petri nomen sortiuntur, posteriores Clericorum eiusdem Chori appellationem habuerunt. *Prima Institutiones Beneficiatorũ & Clericorum.* *Ipsorum nomina.*

Bene-

Beneficiati Triginta ſex numerantur, quorum aliqui, & ſi diſtincta onera, & diuerſum nomen habuerunt, prout à diuerſis Põtificibus fuerunt inſtituti, hodie tamẽ Sixti V. diſpoſitione omnium eadem ſunt onera, & idem nomen.

Numerus Beneficiatorum.

auctor nõ reperitur.

2 Six.v.n.7 Paul.v. n.11.

Clerici Viginti ſex ſunt inſtituti, nec pauciores vigintiquinque eſſe poſſint, quorum ſinguli de fructibus Baſilicæ medietatem eius recipiunt, quod prædicti ſinguli Beneficiati recipere ſolent.

Num. Clericorum.

3 Paul. v. n.11 Inſtitutiones Clericorum. Bonifat. viij 20. Six.iv.11 Iul.ij. 23 portionibus addidit vnã, pręter illas duas Six.iv. & cõſtituit portiones omnino 27.

Prædicti Beneficiati non ſolum principaliter, ſed quaſi penitus ad hoc tantùm ad Baſilicam aſſumũtur, vt in diuinis officijs tàm diurnis, quàm nocturnis pro viuis & mortuis, in eadem Eccleſia decantandis, ipſi Baſilicæ & Choro eiuſdem ſtudeant iugiter, & continuè, prout Deus dederit, deſeruire.

Finis ad quem sũt Instituti.

4 Nic.iij. n.36.

Inter cætera autem munus Beneficiatorum, & Clericorum eſt, Antiphonas, Reſponſoria, & Pſalmos can-

5 Paul. v. n 12.

cantare, & in diuinorum celebratione decenter deseruire.

6 Antequam promoueantur, seu saltem antequam ad distributiones lucrandas admittantur, super Cantus firmi peritia examinētur. *Examinādi in cantu.* Paul. v. ibid.

7 Teneantur per se ipsos antiphonas intonare, Matutinum inchoare, ad lectorium, responsoria aliqua, in Cantu firmo decantanda, decātare, & similia munera obire.

8 Nullatenus omittant Officium mortuorum, per eos celebrari solitum. Pius v. per decret. Card. Sabelli. Six. v. Paul. v. n. 6.

9 Si qui notabiliter essent negligētes, aut etiam defectiui in deseruiendo Ecclesiæ in horis Canonicis, siue in Choro, præter pœnas, in Constitutione Nicolai Tertij contentas, durè prout expedire videbitur, puniantur, ac etiam castigentur. *Negligentium correctio.* Nic. iij. n. 35.

10 Beneficiati sint in sacris Ordinibus constituti, sex dumtaxat exceptis, qui poterunt in minoribus ordi- *In quibus ordinibus esse debeāt* Nic. iij. n. 45. Bonifat. viij. n. 3. Sixt. iv.

Paul. v. n. 10. ordinibus deseruire, sex vero in Diaconatus, & alij sex in Subdiaconatus ordine deseruiant, reliqui in Sacerdotio sint constituti.

11 Bonifat. viij n. 5. Sixt. iv. n. 3. Clerici omnes in sacris Ordinibus constituti esse debent, vel saltem infra annum ad ipsos promoueri.

12 Nic. iij. n. 19. Bonifat. viij. n. 7. Beneficiatorum, & Clericorum institutio, & destitutio, scilicet perpetua amotio à suo Beneficio, & Basilica, ad Archipresbyterum, & Capitulum ipsius Basilicæ pertineat pleno iure. *Ipsorum Institutio & destitutio.*

13 Nic. iij. ibid. Correctio vero, & reformatio, priuatio suorum Beneficiorum ad tempus, & suspensio ab eisdem, & omnis iurisdictio, & censura, necnon & omnis ordinatio, & dispositio status eorum ad Archipresbyterũ pertineat, per se, seu suum Vicarium, seu Canonicus fuerit, siue alius, exercenda, saluis tamen prędictis, & alijs, quæ Summorum Pontificum ordinationibus ipsis *Reformatio, & correctio.*

Be-

Beneficiatis, seu Clericis competere dignoscuntur.

14 Quæstiones omnes, & controuersiæ, discordiæ, seu lites, quas inter ipsos Beneficiatos, aut aliquem ipsorum ex vna parte, & Capitulum, seu aliquem de Capitulo ex altera interdum oriri cõtigerit, per Archipresbyterum, siue eius Vicarium terminentur.
Nic. iij. n.19.

15 Archipresbytero defuncto, vel eo in remotis agente, nullo pro se Vicario dimisso, præmissa omnia ad Capitulum pertineant, nisi vbi Capitulum tàm agendo, quàm defendendo partem faceret, quo casu adiri alius competens Iudex possit.
Nic. iij. ibid.

16 Beneficiati non sint Canonici, nec vllum ius habeant Canoniæ, non propterea reputentur ab ipsa Basilica alieni, & dum in Beneficiatos recipiũtur ad solidioris charitatis augumentum per Archipresbyterum, vel eius Vicarium, *Ipsorum natura.*
Nic. iij. n.12.
Nic. iij. n.11.

&

& Capitulum ad pacis osculum admittantur.

17 Non sint Collegium, nec Vniuersitas, siue corpus, nec Prælatum sibi possint constituere, & eligere, vel habere, seu sigillum, aut arcam communem, sed subsint Archipresbytero, & Capitulo.

Nic. iji. n. 4.

18 Possunt tamen pro suis Iuribus, quæ in eadem Basilica eis competunt prosequendis, tàm in iudicio, quàm extra non solum singulariter, sed etiam in communi agere, & defendere, & illa prosequi in hoc casu dumtaxat tanquam vniuersitas, collegium, siue corpus, excepto quod neque in hoc casu, neque in alio commune sigillum habere valeant, nec communi sigillo quomodolibet vti.

Nic. iij. ibid.

19 Nõ habẽt Beneficiati vocem aliquam in Capitulo, aut potestatem aliquam de Iuribus, bonis, seu quibuscumq; negocijs, ad ipsam Basilicam pertinentibus, disponendi, nisi

Nic. iij. n. 13. Paul. iij. n. 6. Paul. v. n. 25.

Priuilegia, & facultates.

nisi vbi de alienatione rerum, immobilium, vel Iurium dictæ Basilicæ ageretur, tunc enim assentiendi, & dissentiẽdi huiusmodi tractatibus vocem habeant, quod intelligendum est, etiã vbi tractatur de locatione Casalium vltra nouennium, vel domorum vltra tertiam generationem, quibus casibus ex Constitutione Nicolai Tertij tot Beneficiati antiquiores in Capitulo esse debent, quot sunt Canonici tunc præsentes.

20 Possunt etiam deputare, & constituere duos ex eis, qui in reddẽdis rationibus, seu computis receptorum, & expensarum, seu exitus, & introitus fructuum, & bonorum omnium Basilicæ, sint reuisores computorum, & reddituum prædictorum, simul cum Canonicorum Syndicis, & Reuisoribus computorum huiusmodi deputatis pro tempore, cum ipsos status Ecclesiæ latere non debeat.

Iul. ij. n. 7.

Nic. iij. n. 31.

Pos-

21 Iul. ij. n.8. Possint etiam singuli tàm Beneficiati, quàm Clerici in Computis, faciendis singulis mensibus interesse, & audire.

22 Paul. v. nũ.22. Præterea eorum scamna, dũ extra Chorum officia celebrantur, pannis viridis coloris cooperiantur, ita tamen, vt scamna Canonicorum magis ornata appareant.

23 Nic.iij. nu.16. Si res aliquæ immobiles ipsis Beneficiatis in cõmuni donarentur, vel legarentur, seu quomodolibet obuenirent, eo ipso intelligantur ipsi Basilicæ applicari, & in ius, & prouentum eiusdem Basilicæ trãseuntes, omninò sortiantur, & trãseant in naturam cæterorum immobilium. *De iisque relinquũt Beneficiatis.*

24 Nic. iij. nu.20. Beneficiati vniuersos, & singulos Canonicos, tanquam maiores, honore condigno prosequi debent, sicut decet. *Beneficiati quales erga Canonicos.*

25 Nic.iij. n.35. Nullus prædictorum admittatur ad sua beneficia, nisi de verbo ad verbum præstiterit Iuramentum,

D in

in fine harum Constitutionũ præscriptum, & præterea libellum Capitum Constitutionum accipiat, vt supra de Canonicis est dictum. Paul. V. nu.27.

26 Alex. vj. Ad instar Beneficiatorum Chori Basilicæ fuerunt ab Innocentio Octauo, eius viuæ vocis oraculo, quatuor Capellani perpetui instituti ad Altare Sanctæ Mariæ olim nũcupatum, cum onere, inter alia, interesséndi singulis diebus Dominicis, & duplicis, festiuis, Missis, & Vesperis, quæ in Choro cantantur, necnon & Processionibus cõsuetis, cum habitu conformi ipsis Beneficiatis, cum assignatione stalli, & loci post Beneficiatos, deficientes mulctantur certa pœna, & subsunt iurisdictioni Vicarij, vt latius in Bulla Alex. VI. fundationis, seu institutionis dictorum Capellanorum. De Capellanis Innoc. viij.

Redu-

Reductiô onerum ex Bulla Sixti V.

1 CApitulum istius Basilicæ teneatur quotidie ad celebrationem quindecim missarum quotidianarũ, vltra eas, quæ communiter cantari consueuerant, & anniuersaria solita, itaut missæ omnes quæ priuatim, & submissa voce ex antiqua institutione, siue ex consuetudine, siue ex fundatione, siue ex quauis alia causa celebrari debebant, ad prædictum numerũ quindecim missarum reductæ sunt, ex quarũ celebratione satisfacit oneribus, & obligationibus vniuersis, ei incumbentibus.

2 Pro Anniuersarijs verò, precibusq. alijs, quæ pro quibusuis defunctis, & Benefactoribus celebrãdà essent quotidiè, exceptis festis

Natiuitatis, Epiphaniæ, Paſchatis Reſurrectionis, cum tribus antecedentibus diebus, & Pẽtecoſtes, ac feſto SS.Petri & Pauli Apoſtolorum, preces ſolitæ pro defunctis poſt Primam in Choro dicãtur in perpetuum.

3 Quotidie etiam in Choro poſt Completorium dicatur nocturnus defunctorum in nota cum tribus lectionibus, quæ dicantur à Beneficiatis & Clericis, qui etiam ipſi officio aſſiſtere, & intereſſe debẽt. Dicatur etiam quotidie Miſſa defunctorum, exceptis quibuſdã diebus, videlicet diebus feſtis primæ, & ſecundæ Claſſis, necnon & Dominicis totius anni, Octauis Natiuitatis, Paſchatis, & Pentecoſtes, Hebdomada Sancta, Cõceptione B.Mariæ, vtraque Cathedra Sancti Petri, feſto eiuſdem ad Vincula, Inuentione ſanctæ Crucis, Cõuerſione S. Pauli, Decollatione S. Ioannis Baptiſtæ, in quibus fe-

ſtis

ſtis dicta officia, & miſſæ defunctorum omittantur.

4 In feſtis autem S. Antonij Abbatis, S. Mariæ ad Niues, S. Mariæ Magdalenæ, S. Luciæ, S. Catherinæ, necnon ferijs Quadrageſimæ, Vigiliarum, Aduentus, & Quatuor temporum, quando duę miſſæ canuntur, altera ſcilicet de feſto occurrēti, altera de Vigilia, omittitur in Choro miſſa defunctorum pro Benefactoribus; ſed eius loco miſſa priuata generaliter pro anniuerſario Benefactorum ab vno ex hebdomadarijs Beneficiato, vel Clerico ad Altare Priuilegiatum pro defunctis celebretur.

5 Hac autem reductione Anniuerſariorum minime comprehenduntur Anniuerſaria particularia in Sacriſtiæ Tabella deſcripta, ſicuti nec ea, quæ poſt 5 Kal. Octobris Anni M. D. LXXXIX. hoc eſt poſt eam reductionis Bullam, à Sixto V. editam, inſtituentur à fi-

delibus, sed illa statutis diebus, aut proximè præcedentibus, non impeditis, cum solitis emolumẽtis, ac distributionibus pro interessentibus celebrentur.

De Sacristia.

1 Paul. v. nu. 21. Rchipresbyter singulis annis Sacristiæ suppellectilem visitabit, & recognoscet, & de opportunis prouideri præcipiet.

2 Paul. v. ibid. Ad Archipresbyteri curam spectat, quæ pars supellectilis, quo tempore, & quibus personis inseruire debeat.

3 Paul. v nu. 20. Correctio eorum, qui verbis, vel factis Christianę, & Clericalis modestiæ formam, & modum in Sacristia, & præsertim tempore, quo sacris sunt vestibus induti, non seruant, Archipresbytero, vel eius Vicario absente, ad Canonicos

Sacri-

Sacriſtas pro tempore exiſtentes, pertineat.

4 Ibid. Qui parere noluerint, etiamſi Canonicus, illius diei diſtributionem amittat.

5 Sixt. iv. n. 8. Clē. viij. n. 6. in viſit. Paul. v. n. 9. Ad poſſeſſionē ſui Beneficij quis non eſt admittendus, niſi ante portionem debitam Sacriſtiæ perſoluerit, videlicet Canonicus quinquaginta, Beneficiatus vigintiquinque, Clericus duodecim cum dimidio, florenos aureos de Camera.

6 Sixt. iv. n. 8. Clem. vij nu. 21. Paul. iij. n. 2. Clē. viij. in viſit. n. 6. Paul. v. n. 9. Integra etiam medietas omniū, & quorumcumque fructuum, obuentionum, etiam diſtributionum quotidianarum primi anni Archipresbyteri, Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum applicentur Sacriſtiæ, ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ, & decem millium ducatorum, priuationis beneficiorum, alijſque Clē. vij. n. 1. pœnis, per Clem. Septimum præſcriptis.

7 Quod declaratur, etiamsi proui-
Clē.vij. n. 1. 2 siones sint per resignationem, vel permutationem, etiam de litigiosis, vel iurispatronatus laicorum, ac etiamsi de vacaturis fierēt prouisiones Apostolicę, vel alias quouis modo.

8 Prædicta autem solutio non pos-
Ibid. sit remitti, nec concedi dilationis gratia, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, alijsq. pœnis supradictis.

9 Emolumenta, quæ ad Sacristiam
Clē. vij. n.2. Sixt. iiij. n. 8. Clē. viij. nu. 6. in visitat. Paul. v. n. 9. pertinent, in ingressu cuiuslibet Canonici, Beneficiati, & Clerici integrè in paramentis, & ornamentis, ac alijs ad vsum diuini cultus, & non aliter erogentur.

10 Res autem Sacristiæ, siue The-
Vrb. vj. Clem.iv. sauri, videlicet Iocalia, Imagines, Annulos, vasa aurea, vestes sacras, & alia bona, non licet cuiquam, quacūque dignitate fulgeat, alienare, seu vendere, sub pœna excōmunicationis, ipso facto incur-

rendæ,

rẽdæ, & ſuſpẽſionis à portionibus.

11 Paul. iv. Clem. 8 Prohibetur etiam prædicta commodare ad quemlibet vſum, & quibuſcumque perſonis, quacumque dignitate, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalatus fulgentibus, niſi ſint de gremio Cleri Baſilicæ, vel pro vſu Eccleſiarum Baſilicæ ſubiectarum, idq. ſub excommunicationis pœnâ.

12 Paul. v. n. 7. In Sacrario teneatur appenſa tabella, in qua deſcribantur munera, anniuerſaria, onera, præſertim quæ ex præſcripto Sixti Quinti perſolui debent, & quæ ex conſuetudine præſtari ſolent.

De Capella Iulia fundata, & erecta à Iulio ij. fel. rec.



Iul. ij. n. 4. Er Capitulũ eligatur vnus ex Canonicis Baſilicæ, ad quem omnimoda Capellæ Iuliæ, Cantorum, Scholarium, Magiſtro-

giſtrorum, ac bonorum diſpoſitio, cura, & adminiſtratio pertineat.

2 In ipſa Capella ſint duodecim
Iul. ij. n. 2. Cantores, ac totidem Scholares,
Gre. xiij. n. 4. ac duo Magiſtri vnus Muſicæ, alter Grammaticæ.

3 Qui Cãtores, & Capellani Scho-
Gre. xiij. n. 5. lares capaces, & idonei, & non alias aſſumantur.

4 Omnes ſingulis diebus per ſe ip-
Iul. ij. n. 2. ſos horas Canonicas in Choro de-
Greg. 13. n. 4. cantent, pſallant, aliaq. Eccleſiaſtica officia ſubeant, & eidem Baſilicæ, & Capellæ inſeruiant, fuit tamen ſecum à fel. rec. Clem. VIII. diſpenſatum, vt per alternas hebdomadas inſeruiant in diebus feriatis, in feſtiuis vero, & diebus communibus, ac Quadrageſimæ, & alijs, in Breui prædicti Clemen. Octaui contentis, omnes inſeruire debent.

5 Dictis duodecim Cãtoribus quo-
Ibid. libet menſe pro quolibet dentur ſcuta ſeptem.

Capel-

6 Capellanis vero ſcholaribus ſcuta tria, ſaltem omnibus ſimul triginta ſex, arbitrio pro tempore existẽtis ipſius Canonici Capellæ Magiſtri inter eos per Capita pro cuiuſque captu, & meritis diſpenſãda, Magiſtro muſicæ ſcuta quindecim.

Ibid.

7 Quibus omnibus dentur etiam domus, & habitationes, necnon de veſtibus talaribus, indumentis, & libris, ad vſum Sacrorum neceſſarijs, proſpiciatur eiſdem.

Iul.2.n.3 Gre.xiij. n.5.

8 Introitus Capellæ in alium vſum, quàm dictæ Capellæ non conuertantur, qui ſi pro expenſis nõ ſufficiũt, ſuppleatur de maſſa cõmuni.

Iul.2.n.4 Gre.xiij. n.5.

9 Statutorum, Conſtitutionum, & Ordinationum capita, in hoc libello contenta, annis ſingulis præſtituta die perlegantur, & à principio vſq; ad finem lectionis interesſentibus diſtributio largiatur, videlicet Canonicis Iulios octo, Beneficiatis quatuor, Clericis duo.

Paul. v. nu. 27.

Dies

Dies communes totius anni, in quibus oportet RR. DD. Canonicos, necnō Beneficiatos, & Clericos omnes, & singulos interesse, & deseruire diuinis officijs iuxta Decretū.

Ianuarius.



IES Circumcisionis, officium integrum, & sic successiuè.
Vigilia Epiphaniæ, Vesp. tantum.
Epiphania Domini, per totum.
Cathedra Sancti Petri Romæ, p.t.
Conuersio Sancti Pauli, p.t.

Februarius

Dies Purificationis, p.t.
Festum Sancti Blasij, M.t.
Festum Cathedræ S. Petri, p.t.
Festum S. Matthiæ, p.t.

Festum

Festum S. Gregorij Papæ, p.t.

Martius. Festum Annunciationis B. M. Virginis, per tot.

Aprilis. Pascha Resurrectionis, cum duobus sequentibus diebus, p.t.

S. Leonis PP. per tot.

S. Marci, per tot.

Maius. Sanctorum Apostolorum Philippi, & Iacobi, p.t.

S. Crucis, p.t.

Vigilia Ascensionis, V. t.

Ascensio Domini, p.t.

Vig. Pentecostes, p.t.

Pentecostes, cum duobus seqq. diebus, per tot.

S. Petronillæ, Mane tantum.

Iunius. Vigilia Corporis Christi, Vesp. tantum.

Dies Coporis Christi, cũ tota octaua, p.t.

Festum S. Antonij de Padua, p.t.

Festum Natiuitatis S. Io. Baptistæ, p t.

Vigilia Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, p t.

Festum eorundem Apostolorum Petri, & Pauli, p.t.

Iulius. Octaua Sanctorum Apostolorum, p.t.

San-

Sanctorum Processi, & Martiniani, p. t.
Festum S. Iacobi, p.t.
Augustus S. Petri ad Vincula, p.t.
S. Laurentij Martyr. p.t.
Vigilia Assumptionis, Vesp. tantum.
Dies Assumptionis, p.t.
S. Bartholomæi Apostoli, p.t.
Septemper. Natiuitas B.M. Virginis, p.t.
S. Matthæi Apostoli, p.t.
S. Michaelis Archangeli, p.t.
October. S. Francisci Confess. p. t.
S. Lucæ Euangelistæ, p. t.
Vigilia SS. Apostolorum Simonis, & Iudæ, Vesp. tantum.
Festum eorundem Apostolorum, p.t.
Vigilia Omnium Sanctorum, Vesp. tantum.
Nouember. Dies Omnium Sanctorum, p. t.
Dies Defunctorum, mane tantum.
Vigilia Dedicationis Basilicæ, Vesp. tantum.
Dies Dedicationis, p. t.
S. Maguti, mane tantum.
S. Catherinæ, mane tantum.
S. Andreæ Apostoli, p.t.

Con-

December. Conceptionis B.Mariæ V. p.t.
S. Thomæ Apoſtoli, p.t.
Vigilia Natiuitatis Domini, p.t.
Dies Natiuitatis, p.t.
S. Stephani, p.t.
S. Ioannis Euangeliſtæ, p.t.
Vigilia Circumciſionis, V. tantum.
Omnes dies Dominici.
Tota Quadrageſima.
In Aduentu, duæ partes quotidie.



Iura-

Iuramentum pręstandum à Canonicis in adeptione Canonicatuum.

Nic. iij. n. 34.



Go N. Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, iuro, & promitto, quod ab hac hora in antea Fidelis ero Beato Petro, S. D. N. Papæ, Archipresbytero eius Basilicæ, & Capitulo, eiusq. Sacrosanctæ Basilicæ Iura, honores, priuilegia, & auctoritatem dictæ Basilicæ conseruare, defendere, augere, & promouere curabo. Possessiones, & bona tàm mobilia, quàm immobilia ad ipsam Basilicam pertinentia, adiutor ero bona fide ad conseruandum, custodiendum, & defendendum, saluo meo ordine, Nec Basilicam ipsam in prædictis rebus, & iuribus scienter damnificabo, seu pro posse meo damnificari permittam. De bonis ipsius Basilicę nihil siue magnum,

siue

siue paruum fuerit, scienter malitiosè percipiam, vltra id, quod habere mihi licet; Etsi forsan per ignorantiam, seu fraudem, vel alio quocumque modo aliquid de bonis ipsius vltra id, quod mihi licet, reciperem, vel haberem, si postquam pro certo id cognouero, reddam Basilicam prædictam indemnem; & restituam id infra mensem, reatum periurij non incurram. Si sciuero, vel cognouero, aliquem in bonis mobilibus, vel immobilibus velle ipsam Basilicam defraudare, vel etiam defraudasse, volentis conatus impediam, si potero bono modo. Et si eadem Basilica fuerit defraudata, illud, quatenus absque meo periculo fieri poterit, damni consideratione pensata, Archipresbytero, siue Capitulo, vel illis manifestabo personis, per quos indemnitati Ecclesiæ vtilius consuli posse credam, secretum Archipresbyteri, & Capituli, quod secretum esse cognouero, ad damnum Ecclesiæ, me sciente, nemini reuelabo, sed etiam nulli pandam aliquod, quod ab eius-

dem Archipresbytero, vel eius Vicario, & Capitulo, seu à solo Archipresbytero, vel à solo Capitulo, dictis Archipresbytero, vel eius Vicario ab Ecclesia eadem absentibus; iniunctum mihi fuerit secretum seruandum sub secreto Capituli, vel sub fide præstiti iuramenti. In hoc autem Archipresbyterum non includo, quin sibi reuelem, cum ei secreta Capituli minime sint celanda. Ipsius Archipresbyteri, & Archipresbyteratus iurisdictiones, & iura quantum in me fuerit scienter nec imminuam, nec infringam. Non ero in Consilio, aut in facto, quod Apostolicarum Constitutionum Basilicæ capita, Pauli V. authoritate in libellum collecta, & edita, à Capitulo eiusdem Basilicæ immutentur, vel ipsum Capitulum, ac particulares de Capitulo, & Clero veniant contra ea, quin potius illa pro posse meo inuiolabiliter obseruabo, opemque & studium adhibebo, quod ab ipso Capitulo, & alijs quibuscumque seruentur, & minime negligantur. Anniuersa-

Paul. V. nu.27.

uersaria, in ipsa hactenus statuta, vel in posterum statuenda, quoad dicendum Missas, & cætera Officia pro Defunctis quantum in me fuerit procurabo, quod à Capitulo, iuxta quod fuerint ordinata, fiant perpetuo, & nullatenus omittantur. Nullum de cætero Canonicum ad residentiam in ipsa Ecclesia faciendam, seu ad portionem percipiendam admittam, nisi prius sub hac eadem forma coram ipso Capitulo de verbo ad verbum, tactis Sacrosanctis Euangelijs, huiusmodi præstiterit iuramentum. Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.



Iuramentum præſtandum à Beneficiatis, & Clericis.

Nic.iij. nu.55. Go N. Beneficiatus Chori, ſiue Clericus Chori Baſilicæ S.Petri iuro; & promitto, quod fidelis ero B. Petro, & Baſilicæ ipſius Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon & fidelis ero ſecundum ea, quæ in Conſtitutionibus dictæ Baſilicæ, auctoritate Pauli Papæ Quinti vulgatis continentur. Poſſeſſiones, & iura, bona, tàm immobilia, quàm mobilia, ad ipſam Baſilicam pertinentia adiutor ero bona fide ad conſeruandum, cuſtodiendum, & defendendum, ſaluo meo ordine, nec Baſilicam ipſam in prædictis rebus, & iuribus ſcienter damnificabo, ſeu pro poſſe meo damnificari permittam. De bonis ipſius Eccleſiæ nihil, ſiue magnum fuerit, ſiue par-

uum,

uum, ſcienter malitiosè percipiam, seu recipiam, vltra id, quod de bonis ipſius habere, ac recipere mihi licet, etſi forſan per ignorantiam, ſiue fraudem, vel alias quocumque modo receperim aliquid de bonis ipſius, vltra id, quod mihi licet recipere, vel habere, ſi poſtquam cognouero pro certo, me aliquid illicite recepiſſe, vel etiam habuiſſe, reddam Baſilicam prædictam indemnem, & id reſtituam infra menſem, reatum periurij non incurram. Si ſciuero, vel cognouero, aliquem in bonis mobilibus, vel immobilibus velle ipſam Baſilicam defraudare, vel etiam defraudaſſe, volentis conatus impediam, ſi potero bono modo, etſi eadem Eccleſia fuerit defraudata, illud quatenus fieri poterit, abſque meo periculo, damni conſideratione penſata, Archipreſbytero, ſeu Capitulo, vel illis manifeſtabo perſonis, per quas indemnitati Eccleſiæ vtilius conſuli poſſe credam, ſecretum Archipresbyteri, & Capituli, quod ſecretum eſſe cognouero, ad dam-

num Ecclesiæ, me sciente, nemini reuelabo, sed & nulli pandam aliquid, quod ab eisdem Archipresbytero, vel eius Vicario, & Capitulo, seu à solo Archipresbytero, vel à solo Capitulo, dictis Archipresbytero, & eius Vicario ab eadem Ecclesia absentibus, iniunctum mihi fuerit secretum seruandum sub secreto Capituli, vel sub fide præstiti Iuramenti. In hoc tamen Archipresbyterum non includo, quin sibi reuelem, cum ei secreta Capituli minime sint celanda, ipsius Archipresbyteri, & Archipresbyteratus iurisdictiones, & iura, quantum in me fuerit, scienter nec imminuam, nec infringam. Quoad taxationem Beneficij mei, modum, & formam in dicta Basilica deseruiendis in diuinis Officijs, & percipiendi distributiones, vel Beneficium meum, necnon & quoad potestatem, & auctoritatem Archipresbyteri, & Capituli simul, vel separatim, & vbi distinguitur, & omnia, & singula, quæ statum meum, & aliorum

Bene-

Beneficiatorum circa institutionem, correctionem, ordinationem, vacationem Beneficiorum, lapsum temporis, vel alias, & quæcumque alia, Beneficiatorum statum contingentia, sunt ordinata, & vt breuiter omnia comprehendam, non ero in consilio, aut in facto, quod ordinationes, seu statuta prædicta, vel aliquid ex eis à Capitulo, vel Beneficiatis, vel Clericis aliquatenus immutentur, vel ipsum Capitulum, seu Beneficiati, vel Clerici veniant contra ea, quin potius, si opus fuerit, operam, & studium, quantum in me fuerit, adhibebo quod prædicta seruentur, & minimè negligantur, quin potius pro posse meo illa inuiolabiliter obseruabo, Anniuersaria in Ecclesia, hactenus statuta, & in posterum statuenda quoad dicendum Missas, & cætera Officia pro Defunctis quantum in me fuerit studium, si opus erit, dabo, & operam, quod à Capitulo, & Beneficiatis, & Clericis ipsis fiant perpetuo, & nullatenus omittantur, iuxta quod fuerit ordinatum, studium quoque

si opus erit, quantum in me fuerit dare curabo, & operam, quod nulli Beneficiato, vel Clerico Basilicæ Sancti Petri Beneficium assignetur, nec ad residentiam, seu Chorum, vel distributiones aliquatenus admittatur, nisi prius sub hac eadem forma coram Capitulo prædictæ Basilicæ de verbo ad verbum, tactis Sacrosanctis Euangelijs, præstiterit iuramentum. Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.



Iura-

Iuramentum præstandum à Camerarijs.



Os tales, ad exercendum officium Cameræ nostræ Basilicæ, à præsenti die vsque in annum completum assumpti, tactis Sacrosanctis Euangelijs, promittimus, & iuramus, quod Officium nobis commissum fideliter exequemur, prouentus, & obuentiones omnes, ad dictam pertinentes, seu prouenientes Basilicam, pro posse nostro procurabimus, vt nobis absque diminutione integrè consignentur, ipsosque custodiemus fideliter, & diuidemus, & portionem faciemus, & tàm Canonicis in distributionibus, & alijs pro suis portionibus, quàm Beneficiatis, & Clericis Chori Basilicæ Sancti Petri pro suis Beneficijs integrè satisfaciemus de bonis eiusdem Basilicæ, seu Cameræ, & quæ residua fuerint fideliter conseruabimus, iuxta quod hæc omnia in Constitu- Nic. iij. nu. 33.

stitu-

ſtitutionibus huius Baſilicę continentur. Nulli Canonico, ſeu Beneficiato, vel Clerico, ſcienter de bonis ipſius Baſilicæ dabimus, aut ipſum pro poſſe noſtro auferre, vel recipere permittemus vltra id, quod eis debetur ex præmiſſis Ordinationibus, ſeu Statutis, & ſeruabimus modum, & formam, & ordinem expreſſos ibidem. Si ſciuerimus, vel non leuiter crediderimus, aliquem Canonicum ſeu Beneficiatum, vel Clericum in recipiendo vltra quàm deberet, ſecundum præmiſſa ſtatuta, percipere, Eccleſiam defraudaſſe nobis pro Eccleſia, ſeu Camera, quòd malè receptum fuerit per fraudatorem, ſi poteremus reſtitui faciemus, vel tantum de portione, ſeu de Beneficio defraudatoris retinebimus, quod Eccleſia reddatur indemnis, ſi non poſſemus hoc facere, quia negaret forſitan defraudator, id ad notitiam Archipreſbyteri, & Capituli deducemus. Veritatem quoque dicemus abſque falſitatis admixtione, cuiuſque ſuper omnibus, quæ ad noſtrum ſpectant officium, Ar-
chi-

chipresbytero, & Capitulo, vel vtrique eorum separatim in omnibus, & super omnibus, officium nostrum contingentibus, ex quorum taciturnitate credemus, posse pati ipsam Ecclesiam, Capitulum, vel Clerum, detrimentum. Finito autem nostro officio, & etiam quandocumque Archipresbytero, vel eius Vicario, & Capitulo, seu Archipresbyterat u vacante eidem Capitulo placuerit, omnia integrè resignabimus, quæ apud nos, vel in Camera fuerint de bonis, ad Beati Petri Basilicam pertinentibus, vel alijs, qui ab eis ad hoc fuerunt deputati, & Basilicam ipsam reddemus indemnem de omni eo, in quo ex cuncta nostra scientia, tàm à nobis, quàm ab alijs ipsa Basilica per nostram malitiam, siue fraudem damnificata fuisset. Fidelem quoque rationem, seu computum iuxta quod in prædictis Statutis ordinatum est, de omnibus faciemus. Sic nos Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.



IN-

INDEX BVLLARVM ex quibus Capita desumpta sunt.

1. INnoc. iij. *super disciplina seruanda in Choro, & in Claustris Canoniæ.*
2. *Clemens iiij. De non alienandis, & distrahendis mobilibus Sacristiæ.*
3. *Ioann. xxi. eadem est, quam Nicol. iij. promulgauit.*
4. *Nicol. iij. Constitutiones Basilicæ, & Institutio Beneficiatorum.*
5. *Bonif. viij. Institutio viginti Clericorum Chori.*

Vrbani

6. *Vrbani v. Priuilegium.*
7. *Eugenij iiij.*
8. *Nicol. v.*
9. *Sixti Quarti prima, secunda, tertia.*
10. *Iulij Secundi prima, secũda.*
11. *Clem. vij. prima, secunda.*
12. *Pauli iij. prima, secunda, tertia, quarta.*
13. *Pauli Quarti.*
14. *Pij Quinti, & de eius ordine Cardinalis Sabelli Vrbis Vicarij.*
15. *Gregorij xiij.*
16. *Sixti Quinti prima, secunda.*
17. *Clem viij. prima, secunda, tertia, & eius Decreta Visitationis* 1593.
18. *Pauli Quinti.*

R O M AE:
Ex Typographia R. Cam. Ap.
M. DC. L.

Superiorum permiſſu.



R

Ex Typo

